# PRIVILEGIVM PII IIII. PONT. MAX.

*Dilecto filio Carolo Sigonio in Gymnaſio Bononienſi Latinas litteras publicè profitenti.*

## *PIVS PP. IIII.*

DILECTE *fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum libros quoſdam de Repub. Athenienſium, & de temporibus Athenienſium, ac Spartanorum acri ſtudio, magnoq́; labore à te nuper conſcriptos non paruis ſumptibus tuis diligenter imprimendos curaueris; uereariſq́; nequi alii eoſdem libros magno tuo cum damno imprimant: nobis humiliter ſupplicandum curaſti: ut aliquo priuilegio indemnitati, tuæ proſpicere uelimus. Nos, qui complura, & grauia admodum teſtimonia habuimus excellentis ingenii, & doctrinæ tuæ, ac ſingularis cuiuſdam laudis in explicandis ueterũ inſtitutis cognitione digniſsimis, non ſine maximo eorum cõmodo, qui Græcæ ſunt, & Latinæ linguæ ſtudio dediti, prouidere uolentes: ne labores tui, qui aliis perutiles ſunt futuri, tibi ipſi damnoſi ſint: harum litterarum auctoritate interdicimus, ac prohibemus, ne quis in ciuitatibus, oppidis, & locis temporali dominio noſtro, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ mediate, immediatéue ſubiectis tuos de Republica*

*blica Athenienſium, & de Temporibus Atheniẽſium, ac Spartanorum libros, præter eos, quibus hoc à te permiſſum fuerit, intra quinquẽnium à die his litteris aſcripta computandum imprimat: neque alibi etiam impreſſos uendat, neque uenales habeat, ſub pœna amiſſionis librorum, & quingentorũ ducatorum aureorum fiſco noſtro ex parte dimidia inferendorum, ex altera parte tibi ſoluendorum; in quam pœnam ipſo facto eos incidere uolumus; qui aduerſus hoc interdictũ, & prohibitionem noſtram fecerint. Mandamus autem dilectis filiis noſtris Camerario, & Vicario Vrbis, & Venerabili fratri Epiſcopo Narnienſi Gubernatori ciuitatis Bononien. aliisq́ omnibus Prouinciarum, Vrbium, & Oppidorum pro nobis, & eadem Sancta Romana Eccleſia Gubernatoribus, aliisq́ magiſtratibus, ut quotieſcunq; huius rei cauſa abs te, uel tuo nomine ab aliis aditi fuerĩt; has litteras noſtras appelatione remota exequantur. Quia uerò difficile futurũ eſſet, has litteras originales ad ſingula loca perferri: uolumus; ut de earũ tenore fides habeatur earũ exemplis: quæ imprimenda, & una cum libris ipſis edenda curaueris, perinde ac ſi ipſæ originales litteræ exhiberentur. non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, Priuilegiis, et indultis, quibuſcunq; aliis ſuper impreſſione librorũ forſan cõceſſis, cæterisq́ in contrarium facientibus quibuſcunque.*

*Dat. Romæ apud Sanctum Marcum ſub annulo Piſcatoris die xx Septembris.* M. D. LXIIII. *Pont. Noſtri Anno Quinto.*

Ant. Florebellus Lauellinus.

## ERRATA QVAEDAM ALIA IN LIBRIS de Rep. Athenienſium corrigenda.

In præfatione.

| | |
|---|---|
| præclaram illorum | præclara illorum |
| pollicatione profeſsi | pollicitatione profeſsi |

21. 33. centum Athenienſes, centumq; Argiuos.
quinquaginta Athenienſes, & quinquaginta Argiuos

70. 28. προχεῖροτονεὶν προχειροτονεῖν

112. 23. item Lyſias: Aduerſus. item: Lites aduerſus

202. 19. coragi choragi

204. 17. pyrrhichiſts pyrrhichiſtis

206. 35. ij, qui in acie pro patria, dimicabant.
ijs, qui in acie pro patria dimicabant.

## ERRATA IN LIBRO DE TEMPORIBVS Athenienſium corrigenda.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 8 | b | 26 | Piſiſtraditarum | Piſiſtratidarum |
| 9 | a | 1 | cogerunt | coegerunt |
| 9 | b | 27 | PHAEHIPPVS | PHAENIPPVS |
| 11 | b | 13 | uiderent | uiderunt |
| 12 | b | 3 | Exulis | Exulibus |
| 12 | b | 6 | temuerunt | tenuerunt |
| 12 | b | 20 | Inagrem | Tanagram |
| 13 | a | 30 | eum | tollendum eſt |
| 14 | b | 4 | præfecti | præfecto |
| 14 | b | 23 | Callia | Calliæ |
| 17 | b | 21 | obſiderunt | obſederuut |
| 17 | b | 29 | Alciabiadis | Alcibiadis |
| 18 | b | 24 | Thraſibulus | Thraſybulus |
| 20 | a | 6 | Liſandri | Lyſandri |
| 20 | a | 13 | Aeſchinis | Aeſchines |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 20 | b | 23 | phum habuit. | phum habuit. |
| | | | XCV. | III. MICIO. |
| | | | | IIII. EXAENETVS |
| | | | | XCV. |
| 23 | a | 9 | auersit | accersit |
| 25 | a | 20 | Tegentos | Tegeates |
| 27 | b | 28 | Mediom | Mediam |
| 28 | a | 2 | Olynthium | Olynthum |
| 29 | a | 27 | zantijs ſubſidiũ mittãt. | zantijs ſubsidiũ mittãt |
| | | | | CX |
| 31 | a | 6 | lios | alios |
| 31 | b | 25 | Boëdymione | Boëdromione |
| 32 | b | 25 | querentur | quererentur |
| 32 | b | 29 | tu | ut |
| 33 | a | 27 | coepit | cepit |
| 38 | a | 16 | SOSTENES | SOSTHENIS |
| 38 | a | 18 | SOSTENES | SOSTHENES |
| 39 | a | 11 | Mauio | Manio |
| 39 | b | 29 | Muſæo | Muſeo |
| 45 | a | 11 | Iotæ | Ilotæ |
| 47 | a | 25 | Pellenei, | Pelleneis |

7
11½

SIGONIVS DE
REP ET
TEMPORIBM
M
ATHEN